Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Eze

cui sanctificatus fuero in vobis coram eis Tollam quippe vos de gen
tibus et congregabo de universis terris et adducam vos in terram
vestram · Et effundam super vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus
inquinamentis vestris et ab universis idolis vestris mundabo vos Et
dabo vobis cor novum et spiritum novum ponam in medio vestri Et auferam
cor lapideum de carne vestra et dabo vobis cor carneum Et spiritum meum
ponam in medio vestri · et faciam ut in preceptis meis ambuletis et
iudicia mea custodiatis et operemini et habitabitis in terra quam dedi
patribus vestris et eritis mihi in populum et ego ero vobis in deum Et salua
bo vos ex universis inquinamentis vestris et vocabo frumentum et mul
tiplicabo illud et imponam eis fame Et multiplicabo illud fruc
tum ligni et germinabit ager ut non porteris ultra opprobrium famis
in gentibus · Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum studiorumque
non bonorum et displicabitis vobis in iniquitatibus vestris et sceleribus vestris
non propter vos ego faciam ait dominus deus notum est vobis · confun
dimini et erubescite super viis vestris domus israhel · hec dicit
dominus deus in die qua mundabo vos ex omnibus iniquitatibus vestris
et habitare faciam urbes et instaurabuntur ruinosa Et ager de
sertus erit expositus qui quondam erat desertus in oculis omnis viatoris
dicent · Terra illa inculta facta est ut hortus voluptatis Et
ciuitates deserte et destructe et suffosse muruis sedentes Et sa
cient gentes quecumque fuerint in circuitu vestro quia ego dominus edi
ficauit dispersa / plantauique inculta · ego dominus locutus sum et fe
cerim hec dicit dominus deus Adhuc in hoc quoque rogabor me domus is
rahel ut faciam eis multiplicabo eos sicut greges hominum ut greges
sanctorum ut greges hierusalem in solemnitatibus eius sic erunt Ciui
tates deserte plenique gregibus hominum et scietis quia ego dominus

31 Facta est super me manus domini et eduxit

PPPVII

me in spiritu domini et dimisit me in medio campi qui erat
plenus ossibus et circumduxit me per ea in circuitu Erant autem
multa nimis super faciem campi siccia quam vehementer et dixit ad me
fili hominis putas ne viuent ossa ista et dixi domine deus tu nosti
Et dixit ad me vaticinare de ossibus istis et dices eis Ossa
aridi audite uerbum domini hec dicit dominus deus ossibus hisce Ecce